



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

30. De asperitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

N. N. Aristides πρὸς σικανότιον eandem dicit tribus consistere rebus γένεια, χίματι, ἰπαγγιλία. h. e. est sensibus magnis in figuram app. sicut, dictione latissima.

De asperitate. CAPVT XXX.

Asperitas quid? Τριχόταις Asperitas, in sententijs spectatur, & verbis. Sententiæ aspera sunt, quæ magnarum personarum habent reprehensionem cum licentia, & ἰλεοθεροσμία αὐτὴν μαζῶν προσώπων ἐπιτίμησιν ἐχέσθαι ἀπὸ ἑνὸς τῶν λατρίων προσώπων ἀπαρὰ κλυπῶν, inquit Hermogenes. Tale est illud Demosthenis. Εἴπερ τὸν ἐγκεφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις ἀλλὰ μὴ ἐν τοῖς ἄλλοις χεῖρας καταπαταμένον φορεῖτε. Si modo cerebrum intra capitis septa, non in calcibus pedum occultatum, & quasi oppressum haberetis. Et: Ἀλλὰ Μανδραγοράν πεπωκόσιν, ἢ φάρμακον ἄλλο τῆσθαι εἰρησμένον ἀνθρώποις. Similes videmur ijs, qui Mandragoram, aut aliquod huiusmodi poculum exhausserunt. Hæc paulo duriora, neque omnibus orationibus, maxime verò adolescentibus imitanda. Hæc in ore grauium personatum erunt fulmina: quæ si ab alijs nulla auctoritate præditis dicantur, erunt e pelui fulgura, & ingenia potius effera bunt, aut etiam si res tulerit, ritum excitabunt, quàm immoderatis affectibus medeantur. Tenaces sunt omnes sui iuris, ac honoris, nec æquis auribus patiuntur se cōtēti: maxime verò, qui sibi ob dignitatem cupiunt honorem haberi, teneras aucti sunt auricular, quas facile est irritare, placare difficile. Atque in eo artificiosior est Demosthene M. Tullius, qui in reprehensione grauium personatum, aculeatam orationem, magnâ statim prudentia mitigat. Hæc aspera sunt contra ignauiam grauiissimi tenatus dicta. (An me ceuseris P. C. quod vos inuiti sequuti estis, decretum fuisse, vt Parentalia cum supplicationibus miscerentur vt in expiabilibus religionibus in reipub. inducerentur: vt decernerentur supplicationes mortuo deinde, Ego verò eam sententiam dixissem, P. C. vt me aduersus Populum Rom. si quis accidisset grauior reip. casus, si bellum, si morbus, si fames, facile possem defendere, quæ partim iam sunt, partim timo ne impendant.) Verùm grauiâ, & as-

Hermog. de id l. i.
Demost.
Asperitas Demost.
Idem 4. Philipp.
Asperitas considerata ratio esse debet.
Non conuenit adolescentibus.
Nobilium genus irrisabile.
Asperitas Ciceronis prudens. Cicer. 1. Philipp.

pera statim leniuntur: (Sed hoc ignoscant Dij immortales velim, & Populo Rom. qui id non probat, & huic ordini, qui decreuit inuitus.) Quid hac oratione excellit? quid ad castigandum mirius est ita tamē suavis, vt sit fortis & salubris. Adde aliud genus asperitatis. (Quod si iam, (quod Dij omen auertant) fatum extremum reipub. venit: quod gladiatores nobiles faciunt, vt honestè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiumque omnium, vt cum dignitate potius cadamus, quam cum ignominia seruiamus.) Vides vt asperitas, hic honestissimo titulo mitigatur. Longè illa magis persuadent, quam quæ habet Demosthenis grauitas, Mandragoram bibistis, aut cerebrum in calcibus haberis.

Asperitatem istâ comitantur, vt notat Her. mogenes χίματι προσαιτιῶν, figuræ imperatiuæ figuræ & interrogatiuæ: vt, facite, auferte, tegite; & adiuncta. Εἴτα Ὀλύνησιοι ἴσασι τὸ μέλλον προεῖν, ὅμοις ἔδντες Ἀθηναῖοι ταυτὸ τῆτο ὄχι φολάξεδε. Olynthij igitur possunt in futurum prospice. Figura im-

re, vos autem cum sitis Athenienses, non potestis hæc cauere? Ex eo gaudet hæc virtus incisus, quæ rotat Incisa prorum magna celeritate. Οὐκ ἐμβησομεθα σὺν ἑπιπροσπεριεῖν, σὺν ἐπι τὴν ἐκείνην πλεοσθεμεδα. Non classem conscendemus? non exhibimus? non in illius regnum nauigabimus? Verba quoque debent esse grandia, & aspera, sine vlla expolitionis affectatione. Nihil enim tam à ratione alienum, quam in istis incensis obiurgationibus lenocinantis facundia quærere delicias. Itaque Thueydides de industria, vt notat Demetrius Phalereus, affectat asperitatem, & tam plerumque durus est, vt videatur quasi torrens ad scopulos allidi.

Hæc virtus magnorum est authorum, non cuius semper imitanda, maxime verò iuuenibus, à quorum ætate videtur aliena. Quamquam alia in factis concionibus apud populū ratio, apud quem verba etiam grauior, & honestè dicta, plerunq; tantum possunt, ac si corio elephanti aciculam impingas: arguendum, increpandum, vt Dei spiritus suggesserit, cum omni tamen patientia, & prudentia, cuius sale, nisi verba, & actiones condita fuerint, parum certè proficiunt. Prepotens ille Deus, qui apud sanctum Iob facit ventis pondus, aimat oratores; & linguas concionatorum, maxime eorū, quos huic muneri destinauit, & quibus per Elaiā dixit, In gesture tuo sit tuba, quasi a-

Philipp. 3.

Asperitas mogenes χίματι προσαιτιῶν, figuræ imperatiuæ figuræ & interrogatiuæ: vt, facite, auferte, tegite; & adiuncta. Εἴτα Ὀλύνησιοι ἴσασι τὸ μέλλον προεῖν, ὅμοις ἔδντες Ἀθηναῖοι ταυτὸ τῆτο ὄχι φολάξεδε. Olynthij igitur possunt in futurum prospice. Figura im-

Demosth. Philipp. 3.

Asperitas concionum quæ?

Esai. 8. quila

quila super domum Domini. Clament illi nec cessent, non egent multum rhetorum præceptis, qui satis vñctione spiritus edocentur.

Devehementia.

CAPVT XXXI.

Vehe-
mentia
quid?

Asperitati, vt plurimum affinis est Vehe-
mentia, quæ ab Heterogeneis spongiæ ap-
pellatur, differtque ab asperitate, quod illa etiã
in amicos, hæc in aduersarios, & hostes tor-
queatur: illa mitius agit, & lenius, hæc om-
niò duriter, & asperè, sine vlla dissimulatione
verborum. Itaque tota est in inuectiuis posi-
ta, in quibus plurimum grauitatis esse solet, &
in hoc genere natura ipsa ad sui defensionem
arma suggerente triumphat summi oratores,
qui nullam melius dicunt, quam cum male-
dicunt. Singularis est in inuectiuo Demo-
sthenes, sed nec minor Cicero, quanquam ille
validius amicitiarum huiusmodi reum intor-
que videtur, hic è xò laxior, vt solet, & am-
plior. Demosthenes contra Aristogitonem
ita inuehitur. Οὐτὸν αὐτὸν ἐκατηχτεῖται: ὁ
φαρμακὸς, ὁ λοιμὸς ὃν οἰκάνισαι ἂν τις μάλισ-
τὸν ἔδειν ἢ προτεῖταιν ὀφείλει. Hic igitur illam
sua intercessione periculo eripere poterit? ve-
neficus homo, pestis reipublicæ, quem abo-
minetur potius aliquis simul atque aspexerit,
quam vt velit appellare. At Cicero in Vati-
nium. Appellatis ne nominatim pestem illius
anni, furiam patriæ, tempestatem reipub. Clo-
dium. Hæc st. idius At quàm magnificè in si-
militudine supra Demosthenem amplificat
contra eum, qui se pro alio intercessurum di-
xerat, cum ipse esset famosissimus, satis fuit
Demostheni dixisse: Καὶ ἡ τετα, ὁ φαρμακός,
ὁ λοιμὸς. In simili inquam, genere Cicero,
eum dixisset Clodius se domum Ciceronis re-
ligiosam fecisse, ille retorquens longè orna-
tius, & diffusius; Tu meam domum religio-
sam facere potuisti? Ecqua mente? qua inua-
seras, qua manu? qua disturbaras, qua voce?
qua incendi iusseras, qua lege? quam ne illa
quidem impunitate tua scripseras, quo pului-
nari? quod stupraras, quo simulachro? quod
erectum ex meretricis sepulchro in Impera-
toris monumento collocaras. Longè hæc
grauiora, quàm si dixisset breuiter, vt

Vehe-
mentia
exempla ex
Cicerone &
Demosthe-
ne &
Demosthe-
ne contra A-
rist.

Cicero in
Vatin.

Cicero de A-
rist.

Demosthenes. Domum meam purgabit
ὁ φαρμακός, ὁ λοιμὸς. Deinde illud, ὁ οἰκάνι-
σαι ἂν τις, quæ detestabatur omnes (vult ho-
minem maxime contemptum oculis subijcere.)
Quanto magnificentius dixit Cicero, abiecit,
contemptum, & relictum, circumspectantem
omnia, quicquid inceperat, pertimescetem,
dissentem suis rebus, sine voce, sine libertate,
sine autoritate. In oratione pro corona
Demosth. grauitate Alcinem perstringit his verbis: pro coron.
Ἐπειτα, ὁ κατὰ κράτος καὶ γραμματεὺς ὄψων;
O homo execrande, & incurue scriba. Et,
ἀλλὰ μὴ σπερμιόλο, &, περὶ ζυμῆμα ἀγοράς, ὁ-
λεθρὸν γραμματεὺς, & non potius auctor
mendaciorum, fortensis tabula, pestilens scriba
(quæ Græci tantum faciunt) Quàm Iulenti-
us Cicero Plonem, Clodium, M. Antonium
exagitat! Σύρος ἠέλεισθαι ἡμετέρας νομισμάτων.
Non enim nos ipse color feruis, non plura gena, non
dentes putridi decaperunt, & cat. innumera.

Patres Ecclesiæ, tum Græci, tum Latini, Patres in
hunc stylum aculeatum, plerumque in impro- Ecclesiæ
bos, & flagitiosos distinguunt summa libertas
te, in quibus est animaduertere magnam vim
eloquentiæ. Labet ex multis hæc grauitatis e-
xempla opponere. Audi qua oratione Con- Hilarium
stantium Augustum insecetur Hilarius. Pro-
clamo tibi, Constanti, quod Neroni loquutus
fuisse, quod ex me Decius, & Maximianus
audirent. Contra Deum pugnas, contra Eccle-
siam sanis, sanctos persequeris, prædicatores
Christi odis, religionem tollis, tyrannus non
iam diuinorum, sed humanorum, Christianū
te mentiris, Christi nouus hostis es, Antichri-
stum præuenis, & arcæ mystera eius
operaris. Condis fidem contra viuens: doctor
prophanorum es, indoctus piorum: Episcopa-
tus tuis donas, bonos malis demoras: Sacer-
dotes custodiæ mandas, exercitus tuos ad ter-
rorem Ecclesiæ disponis.

Omnia scruissima, sine inuidia gloriosarum
morum peragis, nouo, inauditoque ingenij
tiumpho, de diabolo vincis, & sine martyrio
ptosequeris. Plus crudelitati vestre Nero, De-
ci, Maximiane debemus, diabolum enim per
vos vicimus. At tu omnium crudelitatum cru-
delissime, dano maiore in nos, & venia maio-
re desuis. Subrepis nomine blandientis, oc-
cidis specie religionis, impietatem peragis,
Christi fidem, Christi mendax prædicator, extin-
guis. Nō relinquis saltè miseris excusationes,
vt

Constan-
tium
impia-
exagitat.